

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Beda: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

dnm dicentem ubi ego sum illic  
& minister meus erit nolite tan-  
tum modo bonos episcopos & cle-  
ricos cogitare etiam uos promo-  
dulo uestro ministrate xpo. 7

**B**ene uiuendo. elemosinas faciendo.  
nomen doctrinamq; eius quibus  
potueritis predicando. 7 Et unus  
quisq; etiam pater familias. hoc  
nomine agnoscat. paternum  
affectum suae familiae se debere  
proxpo. & prouita aeterna suos  
omnes monent. doceat. hortetur.  
corripiat. impendat beni uolen-  
tiam. exerceat disciplinam. 7

**I**ta in domo sua. ecclesiasticum &  
quodammodo episcopale implet  
officium. ministrans xpo. ut in  
aeternum sit cum ipso. 7 Nam  
& illam maximam passionis mi-  
nistrationem. multi ex uestro nu-  
mero ministrarunt. multi non  
episcopi neq; clerici. iuuenes.  
& uirgines. seniores cum uinio-  
ribus. multi coniugati & conuuga-  
tae. multi patres matresq; fami-  
lias ministrantes xpo. etiam  
animas suas in eius martirio  
posuerunt. & honorificante  
patre. coronas gloriosissimas  
receperunt. 7

**DM IPSI SECLAR.**  
**LIC SCI SUA SIC MAR.**

**I**n illo temp. **E**xiens ih̄s desi-  
nitibus tiri. uenit per sidonem  
ad mare galileae inter medios  
fines decapoleos. **Ecce tunc.**  
**LXXVIII OMNIBUS DIEBUS IHS.**

**S****VRDVS**  
ille & mutus quam  
mirabiliter cura-  
tum ad nro. modo  
cum euangelium  
legeretur audi-  
uimus. genus de-  
signat humanu.  
in his qui ab errore

diabolicę deceptionis. diuina  
merentur gratia liberari. 7

**O**bsurdum namq; homo ab audi-  
endo uitae uerbo. postquam  
mortalis serpentina uerba con-  
tra dnm tumidus audiuit. 7

**M**utus alaude conditoris effectus  
est. ex quo cum se ductore conlo-  
quium habere presumpsit. 7 Et me-  
rito clausit aures ab audienda  
inter angelos laude creatoris.  
quas ad audiendam eiusdem crea-  
toris uituperationem. sermone  
hostis incautus aperuit. 7

**M**erito clausit os a predicanda  
cum angelis laude creatoris.  
quod uelut ad meliorandum  
eiusdem opus creatoris. cibus  
titi praeuocationem supbis impleuit.

Et heu miser generis humani  
defectus quod in radice uitiorum  
germinauit. uitiosius multo  
dilatari coepit in propagine ra-  
morum. Ita ut ueniente in  
carne dño. exceptis paucis de  
iudea fidelibus. totus pene mun-  
dus ab agnitione & confessione  
ueritatis. surdus erraret &  
mutus. Sed ubi abundauit  
peccatum. super abundauit  
gratia. Venit namq; dñs  
ad mare galileae. ubi nouerat  
egrotare quem sanaret. Venit  
suae gratia pietatis. ad iumentia  
turbida & instabilia gentium  
corda. in quibus nouerat esse qui  
ad suam gratiam pertinerent.

Et bene inter medios fines decapo-  
leos ad mare galileae. ubi egro-  
tum sanaret uenisse perhibetur.  
quia relicto ob per fidiam popu-  
lo qui decalogi mandata acce-  
perat. exte ras uenit ad gentes.

Ut sicut iohannes ait. filios dñi  
qui erant dispersi. congregas &  
in unum. Et adducunt  
inquit ei surdum & mutum.  
& deprecantur eum ut inpo-  
nat illi manum.

Quia ipse surdus saluatorem  
agnoscere. mutus rogare  
ne quibat. adducunt eum  
amici. & pro eius salute dño

supplicant. Sic nimirum.  
sic in spiritali necesse est curati-  
one geratur. ut si quis humana  
industria ad auditum confessio-  
nemq; ueritatis conueriti non po-  
test. diuinæ pietatis offeratur  
aspectibus. atq; ad sanandum  
eum superne manus flagite tur  
auxilium. Nec tardat caeles-  
tis misericordia medici. si in-  
tenta precantum non haesitat.  
nec deficit oratio. Vnde sta-  
tim sub infer tur.

Quia adprehendens egrotum  
ih̄s de turba seorsum. misit  
digitos suos in auricularas. & ex-  
puens tetigit linguam eius.

Digitos quippe surdo in auricu-  
las mittit ut audiat. cum  
per dona gratiae spiritalis.  
diu non credentes ad auditum  
sui uerbi conuertit. Ex pu-  
ens linguam muti ut loqui uale-  
at tangit. cum per ministeri-  
um predicationis. rationem  
fidei quam confiteri debeat pres-  
tat. Per digitos namq; dñi.  
sp̄s sc̄i dona significari. & ipse  
docet dicens. Si ego in digito  
dñi eicio demonia. Quod ali-  
us euangelista manifestius po-  
nit. Si ego in sp̄u dñi. eicio de-  
monia. Et psalmista ubi ait.

Quo uidebo caelos opera digito

rum tuorum. Idest uidebo scōs.  
non suae merito uirtutis. sed  
tuae munere sp̄s a terrenis  
suis pensos. & caelesti factos con  
uersatione sublimes. 7 Sputum  
quoq; capitis & oris dñi uerbum  
est euangelii. quod ex inuisi  
bili diuinitatis arcano sump  
tum uisibiter mundo ut sana  
ri possit & ministrare dignatus  
est. 7 Notandum sane. quod  
dñs prius quam auriculas. lin  
guam q; sanandi tangeret  
egroti. adprehendens eum.  
seorsum duxit de turba. 7

**P**rima namq; salutis spes est.  
quem libet. ad suos uirtutum  
tu multus turbasq; deserere.  
& sic ad suscipienda sanitatis mu  
nera. humiliter caput inclina  
re. 7 Neq; ullatenus saluari  
putandus est. quam diu quis  
inordinatis moribus adherere.  
super uacuis uerbis delectari.  
turbulentis cogitationibus non  
timet deuastari. 7 Ut qui mise  
rante & adiuuante dño. turbi  
dam priscae conuersationis  
uitam mutauit. qui inspira  
tionem diuinae gratiae corde  
conceptit. qui uerbo doctrine  
caelestis confessionem uere  
didicit fidei. restat ut con  
festim optata sanitatis gaudia

consequatur. 7 **U**nde bene  
postquam de turba segregat  
infirmum dñs. postquam digitas  
mittit in auriculas. postquam  
sputo tangit linguam illius.  
sub inferitur. 7 Suspiciens in  
caelum & ingemuit & ait illi. 7  
**E**ffeta. quod est ad aperire.  
& statim aperte sunt aures eius.  
& solutum est uinculum linguae  
eius. 7 **E**t recte sanaturus  
aegrum dñs. suspicit in caelum  
& ingemuit. ut ubi nobis spe  
randa salus. & qua conpunctio  
nis uel lacrimarum sit deuotio  
ne quaerenda ac petenda signi  
ficet. 7 Suspiciens in caelum in  
gemuit. quia nos quos ad caelestia  
possidenda creauit. longe inter  
restria deiectos esse doluit. 7  
**S**uspiciens in caelum ingemuit.  
ut nobis qui ad caelestibus gaudiis per  
terrena oblectamenta discessi  
mus. ad haec per gemitus &  
suspiria. insinuaret esse rede  
undum. 7 Quod autem ait  
effeta. Idest aperire. propter  
aures dicit sanandas. quas sur  
ditas diutina clauserat. sed  
ad audiendum iam tactus pate  
fecit ipsius. 7 **U**nde credo.  
mos increbuerit ecclesiae.  
ut sacerdotes illius. his quos  
percipiendis baptismi sacra

mentis preparavit . prius inter  
cetera consecrationis exordia .  
de saluo oris sui . nares tangant  
& aures . dicentes effeta . 7

**P**er saliuum quidem oris sui . gus-  
tum quo initiandi sunt super  
ne sapientiae designantes .  
per tactum ueronarium . ut  
abiectis delectationibus noxiis .  
solum xpi semper amplectan-  
tur odorem . 7 De quo dicit  
apostolus . 7 Xpi bonus odor  
sumus do . in omni loco . 7

**E**t ut memnerint se iuxta ex-  
emplum beati iob . donec super  
est halitus in eis . & sps di in  
naribus eorum . non loqui iniquitate  
labus . nec lingua mendacium  
meditari debere . 7 Porro per  
tactum aurium . ut relicto  
auditu linguae nequam . audi-  
ant uerba xpi & faciant ea .  
similes uiro prudenti . qui sedi-  
ficauit domum suam supra  
petram . 7 Et unus quisq; nos-  
trum fratres carissimi . qui  
baptis ma xpi rite suscepit .  
hoc ordine consecratus est . 7

**O**mnes quidem qui salutare la-  
uacrum . uel proximo hoc  
paschae tempore . uel aliquan-  
do alias . rite suscepturi sunt .  
ipso sunt ordine consecrandi . 7

**V**nde multum necesse est .

ut quod dñs in nobis propicius  
abluere & sc̄i ficare dignatus  
est . ipsi passim contaminare  
& pro nihilo profanare timea-  
mus . 7 Sed & si qui coenum  
nequitie sordidantes incidi-  
mus . festinemus rursus lacri-  
marum & penitentiae fonte  
mundari . 7 Renouemus au-  
rium puritatem . quam nobis  
auditu fidei diuinitus con-  
stat fuisse conlatam . 7

**C**auentes illud apostoli . quod  
quibusdam exprobrans ait .

**E**t aueritate quidem auditum  
aueritent . ad fabulas autem  
conuertentur . 7 Cohibeamus  
linguam a malo . quae con-  
fessione fidei sc̄ificata est .  
timeamus in ipsa quae bene-  
dicimus dñm & patrem . male-  
dicere homines qui ad imagi-  
nem di facti sunt . 7

**Q**ui enim putat se religiosum  
esse . non refrenans linguam  
suam . huius uana est religio . 7

**E**cce enim dicitur . quia aper-  
te sunt aures eius . & solutum  
est uinculum linguae eius  
& loquebatur recte . 7

**Q**ui ergo recte loqui baptis ma-  
tis nostri tempore didicimus .  
corde credendo ad iustitiam .  
ore autem confessionem

faciendo ad salutem . curandum  
 summo opere est ne post bap-  
 tis- ma ad iusta & noxice uerba  
 declinemus . 7 Si enim ipso iu-  
 dice ad testante . omne uerbum  
 otiosum quod locuti fuerint  
 homines . reddent rationem  
 deo in die iudicii . quid putamus  
 fieri de illis . qui non solum otio-  
 sa . sed & criminosa locuntur . 7

Qui in pudicitiae . iactantiae .  
 blasphemie . & quod maxime  
<sup>et miror qui libet</sup>  
 nimis libet . detractionis ser-  
 monibus seruire non timent . 7

Qui proferunt mendacia testes  
 fallaces qui seminant inter  
 fratres discordias . 7

Non solum autem a malis aures .  
 linguamq; sat est castigare  
 loquelis . si non etiam iuxta  
 psalmistam . inclinemus aurem  
 nostram in uerba oris di . si  
 non os nostrum loquatur sapi-  
 entiam . & meditatio cordis nos-  
 tri prudentiam . 7 Sed & cun-  
 tos simul interioris exteriorisq;  
 hominis nostri sensus . qui cun-  
 ti in baptismo abluti sunt .  
 oportet mundos bonis operi-  
 bus seruemus . in super sem-  
 per ornatos . 7 Curato  
 autem surdo & muto . uidea-  
 mus quid sequitur . 7

Et precepit inquit illis ne

cui dicerent . 7 Quanto autem  
 eis precipiebat . tanto magis  
 plus predicabant . & eo amplius  
 ut admirabantur dicentes .

Bene omnia fecit . & surdos  
 fecit audire . & mutos loqui . 7

Quare fratres carissimi . haec  
 acta credamus . numquid  
 nam estimandum est quod  
 unigenitus di filius signum  
 faciens . & abscondi hoc uolue-  
 rit . & contra uoluntatem illius  
 sit pate factum inturbas . 7

Nec potuerit silentio signum  
 tegere si uellet . quod potuit  
 facere cum uoluit . 7 An forte  
 nobis exemplum dare uoluit .  
 ut uirtutum opera facien-  
 tes . uitium iactantiae per  
 omnia gloriamq; uitemus  
 humanam . ne bona nostra  
 actio . per inanem uulgi fa-  
 uorem supernae retributio-  
 nis munere priuetur . 7

Et tamen sciamus opera nostra  
 si digna imitatione sunt . nulla  
 tenus posse celari . sed ad utili-  
 tatem fraternae correctionis .  
 ipso dispensante pate fieri .  
 qui dicit . 7 Non potest ciuitas  
 abscondi super montem  
 posita . 7 Et alibi . 7

Quo quae in tenebris dixistis .  
 in lumine dicentur . 7 Et reuera

ita omni modis. ita intellegen-  
da est dominici dispensatio  
precepti. quod non ita tamen  
dictum quis aestimet. quasi  
bona facientes. fraternos  
cauere debeamus aspectus.  
cum dñs dicat. luceat lux uest-  
ra coram hominibus. ut uide-  
ant opera uestra bona. sed ut  
per opera quae fratribus osten-  
dimus. non laudem ab illis. sed  
profectum quaeramus.

Hoc est enim quod sequitur.  
Et glorificent patrem uestrum  
qui in caelis est. Nam qui ea  
intentione bona ostendunt  
opera ut ipsi solum laudentur.  
non autem ut laudantes in  
bono proficiant. neq. ut pater  
qui in caelis est glorificetur.  
tales sunt nimirum illa ter-  
ribili increpatione plecendi  
quae dicitur. Amen  
dico uobis. receperunt mer-  
cedem suam. Sed & hoc di-  
cendum. quia si illi uirtutes  
dominicas tacere nequeunt.  
qui tacendi preceptum accepe-  
rant. multo amplius sit nobis  
diuinae gratiae praeconiis sem-  
per insistendum. qui cotidianis  
in uicem nos uerbi celestis  
alimonia reficere praecipimur.  
Dicente apostolo iohanne.

Qui audit dicat. ueni.

Idest qui gratiam superne aspi-  
rationis mente concepit. qui  
uerbum exhortationis. quo utili-  
ter proximum confortare  
ualeat didicit. nequaquam bonum  
quod nouit. silentio abscondat.  
sed ipsum protinus fratribus  
aperiendo communicet.

Si enim ea quae nouimus. benignè  
proximis dicere bona non  
neglegimus. aderit ille in quo  
sunt omnes thesauri sapientiae  
& scientiae absconditi. & quod  
nunc ex parte nouimus. ad  
perfectum nobis lumen uerita-  
tis intumescere dignabitur.

In hīs xp̄s dñs noster. unigenitus  
patris. qui cum eo uiuit & reg-  
nat. in unitate sp̄s sc̄i d̄s. per  
omnia saecula saeculorum. am.

## IN ADVSUMPTI

### ONI SC̄AE MARAE

LIT̄ SC̄I TUA SC̄E IN CAN-  
TILLOTEMPORE

Intrauit ih̄s in quoddam castel-  
lum. & mulier quaedam martha no-  
mine excepit illum in domum suam & st̄q.

LEX OMNIA ICTIONE  
LIVSDEM VENERABILIS  
SIDAE PRBRI